

*In Ios. 66. 11.
Qui ponitis
fortuna men-
sam, & liba-
rit super eam.
In Fustis ha-
comnia in Com-
ment, super
Ios. prosequi-
tus sumus.
O 4. Red. 23. 8.
Et destruxit
aras portarum
in introitu
ostii Iosue
Principis Ci-
vitas.
p Ibid. ver. 11.
Abstulit quo-
que equos,
quos dederant
Reges Iuda So-
li in introitu
Templi Domini.
Curru autem Solis
combusti igni.*

HISTORIA GENTIUM JUDÆIS FINITIMARUM, Illustrandis Vaticiniis ad eas spectantibus.

NON intra limites tantum ditionis Iuda & Israel Prophetae Domini sese contineat, sed ad finitimas Judæorum gentes quandoque Vaticiniis suis excurrunt; sive obliquè tantum, cùm scilicet res Judæorum cum historia ejusdem gentis implicantur; vel directè, si forte idem cum populo Dei fedus, vel suscepta in illis expeditiominis sive instructiones à Prophetis expoferent.

Sicut igitur in fronte Majorum Prophetarum historia conspectum dedimus maximorum Orientis Imperiorum, quantum ad res Hebreorum spicentem, persuasi frusta sensum Prophetarum explorari, nisi prius idea quadam illorum conciperetur; ita planè novam aliquam hic, necessarium tamen ad minorum Prophetarum interpretationem historiam Philistæorum, Phœnicum, Idumæorum, Ammonitarum, Moabitarum, Syrorum, quantum tamen rara monumenta illius historia hodie extantia permittunt, describendam aggrediatur.

Totum autem Opus decudem non ex Authorum tantum Prophanorum testimoniis, apud quos rara de his gentibus, sed etiam ex historia Sacra & Prophetis, apud quos plura. Quod autem historia deest, sive de rerum varietate sive exactiore, rerum descriptione, illud abunde suppletur ex certa rerum, quas trademus, sive, utpote ex certis fontibus derivata.

Spectabunt in ea historia Lectores magnas rerum vices, quamquam parum exactæ in veteri historia, qualis nostrâ aetate supererit, expressas; integras gentes edocimis prius, ac deinde cervicem excusso jugo erigentes; captivas in regionem extraneam deductas, ac deinde post plurium annorum servitutem liberas postuli-

mini jure propria repetentes; Regna olim florissantia postea deserta adeò & deleta, ut ne vestigium quidem, nec antiquitatis monumentum illorum appareat. Hæc vero omnia pluribus ante saeculis Prophetarum Domini Oraculo prænunciata, quorum Oraculorum fides (utpote quæ cum vaticiniis Messiae implicita essent) rerum futurarum oraculis certam fidem adstruit, certumque & inconcussum pro nostra Religione efficit argumentum.

In ipso vero historia nostræ limine operæ pretium est animadvertere, Reges Ninive & Babilonis, alio nomine Assyriæ & Chaldaæ, aliud bellandi genus, quæ quod apud nos, observasse. Terorem & desolationem quæ latè patebat hostium dictio, inferabant; translatosque devictæ regionis incolas, in alias terras veluti colonias deducebant. Ita factum à Thegla-thphalastre, Salmanassare, Nabuchodonosore cum gentibus, de quibus in praesentia, novimus. Aliam bella gerendi rationem Cyrus sequutus est; moderatè enim & benignè devictas gentes habuit, ut in Scriptura Principis modeisti, iusti, æquissimi elogium mereatur (*). Quin & propria reperere ferè omnes eas gentes permisit, quas decessores sui in Transeurophratæam traduxerant. Regressum Hebreorum in proprias regiones disertissimè in Sacris Libris legimus; sed & eodem privilegio alias etiam gentes donatas suisse infra dicemus.

ARTICULUS I.

De Philistæis.

Philistæi gens erat aliunde in Chanaan, sive Gen. 10. 14. nitidem deducta. Ex Insula Caphtor Jerem. 47. 4. accivit Scriptura (s); quo nomine desi- Amos 9. 4. gua-

Tales erant Dii Phœnicum, de quibus in Libris Regum & Prophetarum, ilisque ferè ceremoniis delectabantur: quæ in unum collecta locum omnia, & Authorum veterum parallelis illustrata non inviti Lectores patientur. Ezechiel (q), & Author Libri Sapientie culta (r), pariter à Judæis infinita villissima quæque animalia, ut muscas & pisces, in Hebreo Beelzebub & Dagon; de quibus futus in Dissertatione de Numinibus Philistæorum ad Libros Regum.

q Ezech. 8. 10.
Et ingressus
vidi, & ecce
omnium simi-
litudo repti-
lium & ani-
malium abo-
minatio, &
universa Idole
domis Israel.
r Sapient. 12. 8.
23. 27.

t Vide No. Difer. de Ori-
gine Philistæorum ad
Lib. Reg.
u Deut. 2. 23.
x Gen. 20. 18.
gnatam credimus Cretan in Mediterraneano
(t). Ezechiel 25. 16, & Sophonias 2. 4.
Cretim sive Cretones appellat. Inde digres-
si, pulsis Hebreis coactisque in ulteriora
Arabie sese recipere, corum regionem oc-
cuparunt (u). Valida erat fortisque natio
in Palæstina Abrahami aetate, munitissi-
mis Urribus & Regibus suis potens (x);
unde facilis conjectura, jam inde à multis
saeculis in eandem regionem transmis-
graſe.

Inter populos anathemati devotos à Do-
mino, & quorum ipse regionem Judæis
permisit, Philistæorum nomen nusquam
legimus; erat enim gens à maledicta Cha-
naanitarum progenie aliena. Non secū
tamen a gentes alias, jussus à Domino Jo-
sue illos aggressus est (y), quod scilicet
concessam Hebreis regionem occuparunt;
criminumque ac scelerum merito eandem
in suum caput ultionem provocaverant,
quam Amorhei & Chananaei (z). Ve-
rum non multum illis incommodi arma,
Josue intulisse, vel si multum, brevi pro-
pria recepisse Philistæos ex eo intelligimus,
quod sub Judicibus, & Regnum ineunte Da-
vide, Regibus etiam parebat Natio, to-
tamque ditionem in quinque Satrapias ve-
luti totidem provincias & modica Regna
distinguebat.

In Judicibus legimus, 600. Philistæos
(a) Samgar stricte vomere occidisse.
Aliquis post annis Philistæi & Ammoni-
tæ junctis simul armis Israëlitæ oppre-
serunt (b). Ammonitarum tyrannidi in
ordinem redigenda Jephé à Domino ex-
citatus est [c]; in Philistæos vero Sam-
son arma tractavit (d). Ab eo viro, dum
viveret, in officio detentu, ejus etiam morte
iniquissima tolerarunt; eodem enim cum
illo fato occisi sunt viri quicunque ejus-
dem gentis amplissimi. Nequidquam tam-
en; nam Heli summo Sacerdote, sub
Judge Samuele, & ineunte Saulo, plura
Judæis mala intulerunt. Sub Heli ingenti
victoriâ fuisse Hebreis, Arcâ Domini inter
captivorum spolia potiti sunt (e). Ve-
rum sub Samuele Israelite implorata à
Deo criminum suorum veniâ, jussu ejus-
dem Prophete in Philistæos moventes,
eius precibus illustrem victoriam reporta-
runt (f).

Quædeinde omnia usque ad Saulem
ineuntum. Ille pluribus vicis fractos
Philistæos nunquam tamen continere
adè valuit, quin identem regioni Hebreorum
sese superfunderent. Inter eas
victorias jure meritoque celebratur illa,
cum David Gigante Goliat obtruncavit (g). Ex eo tempore ab armis in Israëlitæ inferendis abstinerunt; quanquam
non ita manit quieta gens Judæis infe-
stissima, ut ab hostilibus omnibus cessaret.
Tandem Saul armorum Philistæorum pon-
dere oppressus, ipse cum filio suo in pre-
lio ad Gelboe necatus, illustriorem illis vi-
ctoriam effect (h).

David statim ab inito Regno nec quietam
provinciam redere, nec Philistæos
ad subeundum jugum solvendumque tri-
butum (i), nisi post plura bella & victo-
rias cogere potuit. Semel igitur sub-
jeclî, in fide manerunt sub Salomone ex-
terisque post illum Regibus Iuda, usque
ad Ioram filium Josaphat. Rex ille (*) ca-
pere in Philistæos arma, sive quod ab
ipso primum sive à Josaphat patre suo re-
bellasset, coactus est; illud enim constat,
Philistæos auxiliaries copias duxisse Ammo-
nitæ, Moabitæ ex terisque foederatis genti-
bus in prælio aduersus Josaphat, de quo
Psalmus 81. & 2. Par. 20. 1. 2. 22.

Iterum cervicem exixerunt sub Ozia
Rege Iuda, à quo sub jugum redacti, in
fide eo rerum potente manerunt (k).
Profratis rebus Iuda sub Achaz, Philistæi
ad cumulum malorum accesserunt,
regionem sedisimè excurrentes (l); sed
Ezechia ejus filii armis iterum ad offi-
cium redire (m). Sub Manasse, quantu-
m conjicimus, cervicem denudè exerce-
runt, atque labentibus Regum Iuda annis,
Philistæos alieno Imperio neglecto, suo
arbitrio regi volvisse fatis intelligimus.
Neque Hebreorum jugum derrectasse tan-
tum visi sunt, sed etiam Chaldaeorum
Orientis Imperium tenentium recularunt.

Plurima illis mala denunciant Prophetæ
Iosaias (n), Amos (o), Sophonias (p), Je-
remias (q) & Ezechiel (r), quod scilicet
iram in se Dei provocassent, hor-
renda plurima in populos Iuda, dum
profratis essent illorum res, exercentes.
Eam pariter crudelitatis accessionem fe-
cerant, ut ductos ex Iuda captivos Idu-
mais infelissimis populi Dei hostibus ven-
didissent.

Sub ea tempora Psammæticus Rex
Ægypti in illos movens, Azotum post lon-
gam 29. annorum obdictionem coepit (s).
Nechao, qui post illum regnavit, ab ex-
peditione Carchemis redux, jure armo-
rum subegit gentem fertur. Sargon five
Assaraddon Rex Assyrie, iterum armis Thar-
tan Ducis sui (t) Azotum expugnavit.
Post captiam Jerusalém, Nabuchodonosor
perseverante Tyri obdictione, qua tredecim
annis duravit, facta copiarum divisio-
ne, Philistæos cum aliis finitimi gentibus
ditione sua adjectis. Non obscurè in Scri-
ptura (u) eorum captivitas sub Chaldaæis,
restitutaque sub Cyro libertas legitur. Ita
eadem ferè vices ac Judæi populus subi-
vit. Post eversum Imperium Chaldaeorum
Philistæi, sicut & Judæa universa, in fi-
de Regum Persarum, ad quos Imperium
Babylonicum translatum, manerunt. Ale-
xander Magnus gentem subjetit, & Urbem
Gazam solam inter ceteras ejus gentis si-
bi resistere auctam everit (v). Eo defun-
cto divisoque ipsius Imperio inter Principes,
Palestina modo in partem Regum Ægypti,
modo Syriæ, pro forte belli cessit; victo-
ris enim prædam Philistæi, sicut etiam Ju-
dæi, semper auxerunt. Post persequitionem
ab Antiocho Epiphane in Judæos motam,
cum Asmonæi sive Macchabæi, oc-
casione divisionis rerumque Syria & Ægy-
pti affectuarum captatæ, arma cepissent, re-
gionem Philistæorum aggressi sunt, quo-
rum varias singillatim Urbes ab illis evul-
tas sua ditioni adiecerunt. Tryphon junio-

n Iosai. 14. 28.
o Amos. 1. 6. 7.
p Sophon. 2. 4.
q Jerem. 47. 1.
r Ezechiel. 25.
s Herodot. 1. 2.
t Iosai. 20. 1.
e. 157.

u Iosai. 12. 14.
v. 15. 16. & 25.
w. 1. & 27.
x. 50. 16.

x Arrian. lib.
y de expedit.
z Alexan. Strab.
Geograph. 1.
16.

r

ris Antiochi tutor & Regni Syriae adiutor, Jonatham Asmonaeum praefederat totius oræ mediterraneæ à Tyro aduersaque Aegyptum, adeoque & totius Phœnicie ac regionis Philistorum donavit (y). Ab eo tempore maxima Philistorum portio Judæorum ditioni adjuncta est, usque ad Ierosolymæ eversionem (z); ut post restitutum Judæorum Regnum per Macchabæos, nupsiæ de Philistis tanquam de gente, qua sui juris fuerit, legatur; semper enim cum Phœnicibus & Syris tanquam in unum corpus coalescentes confusi sunt. Ita sua fides manit Prophetarum Oraculis, quibus evertendi tandem Philistæ prænuntiabantur.

ARTICULUS II.

De Phœnicibus.

OMNIA Chanææ gentium celeberrimi Phœnices authorem habuerunt Sidonem, Urbis cognominis conditorem, & inter filios Chanaan natu maximum (a). Apud Veteres non raro cum Philistis confusi, regionem obtinuerunt intra montem Libanum ad septentrionem, Gazam sive Iacobum Sironem, aut montem Casium ad meridiem. Exclusis tamen utriusque populi à facis Authoribus distinguis, Phœnicæ is tantum regionis tractus assignatur, qui ultra Carmelum montem & torrentem Cisson ad meridiem non porrigitur; reliquum ab eo monte ad septentrionem, & usque Gazam ad meridiem, ad Philistos spectabat.

Quoniam inter gentes diristi Dominum addictas Phœnices conferuntur; à Iosephus tamen bello petitos nupsiam legimus. In sua enim regione angustissimi lateribus se continentis, mercatura toti vacabant; omnem interim adjacentem post terga regionem colendam frumentaque Hebreis relinquentes. Sub Iudicis (b) Israelitas opprimitur; & ineunte Samuele (c) fœdus cum Philistis aduersus populum Domini junxit; sed pugno vieti Phœniciis, nihil inde per Phœnices novatum est. Hiram Rex Tyri amicitiam Davidis (d), & Salomonis (e) coluit, non officio tantum, sed missis etiam ad utrumque Regem strue lignorum & opificibus, ut ædificio Regiarum Ædium & Templi Domini serviret.

Nuptiis Salomonis cum filia Regis Aegypti filias Tyri cum muneribus adfuisse legimus Psal. 44. 13. Sumonam intercessisse necessitudinem inter Hiram Regem Tyri & Salomonem, mutuoque se propositis ænigmatis pro more eorum temporum amicè provocasse, ex ipsis Phœnicum Annalibus intelligimus (f). Ammonites, & Moabites in Josaphat Regem Juda deficiens (*), auxiliares Tyriorum copias sub signis habuerunt; sed eo simul tempore Achab Regis Israëlae familiariter Tyriis utebatur, ut Jezabel filiam Regis Sidonis (b) duxerit, à qua Baal cæterorumque Phœniciorum Numinum cultus in Israëlem invectus est.

y 1. Macch.
21. 59.

z Vide 1. Macch.
b. 5. 65. 68.
c. 11. 61. &
13. 43. 44.
Joseph. Anti-
quit. l. 13. c.
21.

a Gen. 10. 13.

b Judic. 10. 12.
c Ecol. 46. 21.

d 2. Reg. 5. 11.
e 3. Reg. 5. 11.

f Joseph. contra
Appion.
* 2. Par. 20. 1.
2. 3.

g 3. Reg. 16. 31.

Aliud etiam in Annalibus Tyriorum (b) legimus, frustrè in Scriptura repetendum. Salmanasar Rex Assyriæ, qui postremos Reges decem Tribuum tandis bello afflixit, donec capti Samariæ populoque in Transjordaniam translato, Regnum everterit; Salmanasar, inquit, bellum intulit Eluleo sive Eliseo Regi Tyri. Occasionem natus est, quod Princeps ille comparata classe in Gitthos, qui jugum excusserant, navigaverat (*); eo enim absente Assyrius Regionem depopulatus est; sed tandem rebus compositis, exercitum redixit.

Post aliquod temporis Urbes Sidon & Ace, quæ deinde Ptolemaeus dicta est, ac veterus Tyrus, unâ cum aliis pluribus Phœnicia à Tyriis descendentis ad Assyrios transferunt; quare statim Salmanasar in Phœniciam se conferens, subiugis Tyriis Urbibusque in fidem continendis venit. Nec segnes qui ejus partes sequabantur Phœnicum; namque comparata classe 60. navium Salmanarii accesserunt. Tyrii vicissim pro virili ad pugnam fere comparantes, classem in hostes 22. tantum navium duxerunt; commissisque navalii prælio, pauci in multis prævalentes aduersarios sugarunt disperguntque, 300 ex illis capti. Spe suâ frustratus Salmanasar, in Assyriam se recepit, reliqua parte copiarum in litore & regione Insulae, cui Tyrus insidebat; ratus penuria aquarum laborantes cives (aquis enim carebat Insula, nisi è continentibus comportarentur) tandem deditio factos. Laxior ista obsidio quinqueviro duravit; ferendaque siti Tyrii coacti sunt putoe in viva silice exscindere.

Quem exitum expeditio haberet, incertum; felicem Tyri inde deducimus, quod ineunte Regnum Sedecia Rege Juda, Tyriorum Legati Jerusalem venerunt, consilium cum illo ceterisque finitimis Regibus de bello Nabuchodonosor, iniquiora in illos moliti, sustinendo. Deficientis à Chaldais Sedecia in partem consilii venerunt (i); sed totam bellum Chaldaici molem in illum reliquerunt. Quin & insultasse afflictis Judaïis post captam Jerusalym, Prophetæ Joel. 3. 4. 5. & Ezechiel 26. 2. iisdem populis exprobabantur.

Neque perfidus populus sive furem ultionem sive furorem Nabuchodonosoris his artibus effugit. Gnarus enim Nabuchodonosor quid secretò Tyrii cum Sedecia conspirasset, post confectionam Judæam expeditionem, Tyriam suscepit. Erat Tyrus tunc temporis Urbs totius Orientis instruictissima simul & florentissima, opibus referta, atque omnium etiam remotissimarum Provinciarum Emporium. Omnes populos eodù nundinas venientes mercisque sive comportantes sive ementes Ezechiel fuisse dinumerat. Ithobal, penes quem summa rerum potestas (k), Rex erat ditissimus & omnium facile Principem, magnificientiam superans; tanquam Numen in medio Urbi & commercii sui suspiciebatur. Mercatores vero Tyrios veluti totidem Principes dixiles (l).

Nabuchodonosor itaque exercitu Tyrum ad-

h Menander
Annal. Tyr.
apud. Joseph.
Antiq. l. 9. c.
14.

m Philostrat.
loci cit.

Gentium Judææ finitimarum.

647

adductâ Urbem coronâ cinctit, ubi & 13. annorum patientiâ subiit (m); plura enim incommoda subiuncta erant, ut ad Urbis in medio maris constituta moenia exercitus succederet. S. Hieronymus tradit in Ezechiele; & ipse tandem Ezechiel cap. 29. 18. insinuat, Tyrios, cum in potestate Chaldaeorum venturos se tandem intelligenter, navibus pretiosissimi quibusque oneratis, alio trans fugisse. Ait Dominus ad me: Fili boni, Nabuchodonosor rex Babylonis seruo facit exercitum suum seruitate magnâ aduersus Tyros; omnem caput decalvatum, & omnis humerus depilatus est, & merces non est redditus ei, neque exercitus ejus de Tyro, pro servitate, qua seruo mihi aduersus eam. Propterea hoc dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor Regem Babylonis in terra Aegypti; & accipiet multitudinem ejus, & depredabit manubias ejus, & diripiens spolia ejus, & erit merces exercitus illius, & operi, quo servivit aduersus eam; dedi ei terram Aegypti, pro eo quod laboraverit mibi, ait Dominus Deus.

Armorum Nabuchodonosoris in Phœnicie vendorum in cauda fuisse defectionem Satrapas cuiusdam præfecturâ ejus Provinciae à Rege donati, Berossus est author (n). Nec aliare insinuare videtur Jeremias cap. 28. 3. &c. narrans, cum missi à Rege Tyri Legati ad Sedeciam, incundo cum illo fœderi, venissent, Deum Prophetæ injunxisse, ut singulos Legatos (plures enim à pluribus Principibus missi aderant) singulis jugis donaret, & simul aderet, jugum ferre illos dominationis Chaldeorum; quod si recusent, sciant reducendos in captivitatem & servitatem. Regi vero Tyri & Sidonis (o) propinavit calicem iræ Domini, ex quo ad ebrietatem usque potare cogebat. Quem igitur Berossus Satrapam appellat, Jeremias, pro sollemnem Judæorum more, Regem nominat.

Narrat igitur Berossus, Satrapam illum Præfecturâ Phœnicia, Aegypti, & Syriae potientem, cum à fide deficiasset, exercitum in se Chaldaorum à Nabopolassare Regi missum & à Nabuchodonosore ejus filio ductum conciassit. Commissum prælio Satrapa in ordinem redactus, Provinciae à fide abducta sub jugum missæ. Inter hac Nabopolassar diem claudens, Regnum filio reliquit, qui rebus per Phœniciam & Aegyptum compotis, statim se Babylonem contulit, amicis mandato oneratis, ut captivos Judæos, Syrios, Phœnices, & Aegyptios in Babyloniam, una cum victore exercitu reducerent. Non absimile vero judicamus, Satrapam illum, sive Regem adhuc in nova Tyro rerum potum; nisi si forte bellum ab Autore descriptum, idem fuerit ac illud in Regem Tyri suscepit, de quo Ezechiel.

Extra controversiam positum est, Nabuchodonosorem iam Chaldeæ Regno potenter arma & in Sedeciam, & in Tyrum movisse. Vaticinatus fuerat Isaías cap. 23. 15. &c. Tyrum longâ obliuione 70. annorum detinendam, mox restituendam. Hujus tamen oraculum ita semper intel-

p Annal. Ty-
rior. apud Jo-
seph. l. i. con-
tra App. p.
1046.
q 1. Ezeb. 3. 7.
c 2. Ezeb.
13. 16.

r Vide Isai. 23.
Jerem. 27. 47.
Ezeb. 26. &
27. & 28. &

s Diodor. Ann.
2. Olymp. 116.

t Homer.
Iliad. 6. ver.
743. & 1.23.
ver. 289. Odys.
1.4. v. 54. l.
15. v. 114.
u Genes. 10. 15.

i Jerem. 25. 22.
& 27. 3.

k Philostrat.
apud Joseph.
Antiq. l. 10. c.
11. & contra
Appion. lib. 1.
pag. 1046.
l Vide Ezeb.
26. & 27. &
28.

ligendum censeo, ut eversionem veteris Tyri in continentis posite, è regione novæ Tyri in Insula constituta designet; Tyro enim novæ suos Reges etiam post expeditionem Nabuchodonosoris mansisse, ex Annalibus Tyriis intelligimus (p).

Tyros nova satis instructa erat Urbs, longè tamen minor, quam prius, gloriam, cùm Esdras & Nehemias Judæam repetierunt (q). Zacharias tanquam Urbem potentissimam & validiorem ditionemque in dies exhibet cap. 9. 2. &c. Edificavit Tyros munitionem suam, & coacerovit argentum, quæ humum, & aurum ut lutum platearum; simul vero ultiō in illam Domini denuncians, evertendam, delendam, & in cinerem redigendam minitatur. Paria in illam vaticinia veteres Prophetæ ediderant (r). Utraque Tyros suam calicis hujus Domini portionem exhaustus; namque alia vaticinia Salmanasar & Nabuchodonosor; alia vero Alexander Magnus implevit. Justinus 1. 18. author est, Tyros post suū statutum diu bellum à Persis illatum, viribus & copiis exhaustos, rebellantium in se mansiōrum furorem expertos, à quibus trucidati cives; Strato vir è generē Regio elatus, novus Rex impostitus fuit. Hujus historia certum tempus latet.

Antiocho Epiphane Judæos opprimente, Tyros sociatis cum ceteris hostibus Judæi nominis viribus, Iraeliticam regionem infestasse legimus 1. Mac. 5. 15. & Josephus con. Appio. l. i. generatim observat, eas gentes pessimè semper in Judæos animatas, odi sui argumenta plurima pro data occasione exhibuisse. Sub Antiocho Regis Asia, duodecim annis ab Alexandri obitu; novam ea Urbs obsidionem 15. mensium spatio toleravit (s). Post Antiochum Epiphanem res Tyriorum nullam habuerunt cum Hebreis necessitudinem; quare ab illis abstinentes, rati satis esse ad illastrando Prophetas eam historiam hoc usque deduxisse.

Sidon urbs Tyro vetustior; cuius est apud Homer mentio (t), apud quem nihil de Tyro. Conditem habuit Sidonem, inter filios Chanaan natu maximum (u); & Tribui Aser, assignante Ioseph cap. 19. 18. quamvis nunquam eā potiti fuerint, in partes cessit. Tyrus, filia licet in colonia Sidonis, multò quam illa longo temporis spatio gloriösis fuit; quod illa graviter ferre visa, bellum in emulam intulit, Salmanare infuper, cuius sepe distinctione adjunxerant, in illam provocato. Prostrata tandem vidit sub Nabuchodonosore, qua de re triumphum agenti Isaías exprobarat cap. 23. 4. Erubescit Sidon, ait enim mare, fortitudo mariis dicens: (nempe divitiae) Non parviri, & non peperi, & non enutrii juvenes, nec ad incrementum perduxisti virgines; ac si diceret: Populi, quorum nulla est cum Urbe necessitudo, ejus vices dolent, tu vero Sidon, mater & nutritrix filia tuæ exstimas siccis oculis aspicis.

Rex Sidonis unâ cum Tyriis, Aegyptiis,

Moabitis, & Ammonitis legatos suos ad

Sedeciam miserat, ut ad ineundum secum fœdus in Nabuchodonosorem Regem Chal-